



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt
Omnia**

**Tertullianus, Quintus Septimus Florens
Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.**

Tertvlliani I. C. Romani Responsa Qvæ In Libris Digestorvm Exstant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)

A quam hic latē obscure dicatur: *Ipsum quod Pater & Filius dicuntur, nonne aliud pro alio est? pulcherrime leſipum explicat postea, ita ut cum Scholasticis in eo conſentiat, quod aliud dicatur Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, sed non aliud, eo quod non sint idem Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & ramen eiusdem ſubſtantia. Si que præterea ſunt alia dicta lib. ad Præxan, qua durius aut obſcuris dicta ſint, meminimur. Lector totum hunc librum caute legi & commode intelligi debere. Ad Novatiani redeamus Librum de Trinitate. Imprimis quo habet cap. 11, diuinitate sermonis in ipſa conuictione permixta, eti quid tale inuenitur tam die in libro aduersus Præxan, intelligi debere de permixtione vniuersitatis, non vero permixtione naturarum diuinae & humanae, ibi adnotamus num 56, id comprobantes ex alijs pluribus eius Libri locis. Eft fides recta (iuxta Athanajij Symbolum) vt credamus & confiteamur, quod unus sit Christus, non conuerſio diuinitatis in carnem, sed ad-*

ſumptione humanitatis in Deum, unus omnino non conſuſione ſubſtantie, ſed unitate perfonæ. Deinde illud ibidem: *Ante quem nihil preter Patrem: eodem intellectu accipiendum, quo id quod supra adduximus ex Tertulliano aduersus Hermogem iuxta quod adnotauimus ad eandem librum c. 31. n. 141.* Nec aliter quam iam diximus, quod ibidem *minorem patre dicit, ut filium.* Caute etiam deber legi illud, quod videatur non aliud unitatem Patri & Filii interpretari quam *societas concordia*, adferens perperam ad hoc locum. Cor. 3. pro sua fententia: quia Catholica fides & scriptura etiam unitatem efficiunt agnoscunt in Patre & Filio. Denique quod de Spiritu Sancto non videatur conſentire Catholice Patrum tradicioni exscripturis, factum putamus, non quod negaret Spiritum sanctum aequalem Patri & Filio; ſed nondum re definita, obſcurius folent loqui Patres veteres ob materia ſummam obſcuritatem, ita tamen ut cor nodum aliquem ſenſum patientur.



TERTVLLIANI I.C. ROMANI RESPONSA QVÆ IN LIBRIS DIGESTORVM EXSTANT.

Ex Libr. i. Quæſitionum octo.

D. Libr. i. Tit. 3. de Leg. Senatusque conf. l. 27.

Deo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi, vſitatum eſt ſemper, quaſi hoc legibus inefſe credi oportet, ut ad eas quoque perfonas & ad eas res pertineant, quæ quandoque ſimiles erunt.

D. Libr. 29. T. 2. de Adquir. vel omitt. hered. l. 82. iuxta
M. S. cod. Bald.

Si seruus eius qui capere non potest, heres instituatur; & antequam iuſu Domini adeat hereditatem, manum iuſu alienatusque fit, & nihil in fraudem legis factum fit, ipſe admittitur ad hereditatem. Sed & fi parrem capere tantum poſſit Dominus eius, eadem dicenda ſunt de parte, quam ille capere non potest. Nihil enim intereft, de vniuerso queratur, quod capere non poſſit, an de portione.

D. Libr. 41. T. 2. de Adquir. vel amitt. poſſeſſ. l. 18.

Si aliquam rem poſſideam, & eandem poſte conducam; an amittam poſſeſſionem? Multum refert in his quid agatur. Primum enim refert, vtrum ſciam me poſſidere, an ignorem. & vtrum quaſi non meam rem conducam, an quaſi meam. Et ſcienſ meam eſt, vtrum quaſi proprietatis reſpectu, an poſſeſſionis tantum. Nam & fi rem meam tu poſſideas, & ego emam à te poſſeſſionem eius rei, vel ſtipuler, vtilis erit & emptio & ſtipulatio, & ſequitur ut & precarium, & conducio, ſpecialiter poſſeſſionis ſolitus conduceam, vel precario roganda animus interueniat.

EX LI.